



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 De ordine eorumdem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

A sabbartho pedem tuam, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaveris sabbarthum delicatum, & sanctum Domini gloriosum. Hac enim beneficia primo & principaliter sunt in mēte hominum, maxime fidelium: alia verò solēnitates celebrantur propter aliqua particularia beneficia temporaliter transeuntia, sicut celebratio Phasē, propter beneficiū prae-teritae liberationis ex Aegypto, & propter futurā passionem Christi quae temporaliter transiit, inducens nos in quietē sabbarthi spiritualis. & ideo praetermissis omnibus alijs solēnitatibus & sacrificijs, de solo sabbartho fiebat mentio inter praecipua decalogi.

Ad tertium dicendū, quod sicut Apostolus dicit ad Heb. 6. Homines per maiorem se iurant, & ois controuersie eorum finis ad confirmationē est iuramentum: & ideo quia iuramentū est omnibus cōmune, propter hoc prohibitio inordinationis circa iuramentum, specialiter praecipitur decalogi prohibetur. Peccatū verò falsae doctrinae nō pertinet nisi ad paucos: unde nō oportebat, ut de hoc fieret mētio inter praecipua decalogi, quāuis etiā quantū ad aliquem intellectū, in hoc quod dicitur: Non assumes nomē Dei tui in vanum, prohiberetur falsitas doctrine, vna enim glossa exponit, Nō dices Christū esse creaturā.

Ad quartum dicendū, quod statim ratio naturalis homini dicit, quod nulli iniuriam faciat: & ideo praecipua decalogi prohibentia nō cōmuni, extendunt se ad omnes. Sed ratio naturalis nō statim dicit, quod aliquid sit pro alio faciendū, nisi cui homo aliqd debet. Debitum autē filij ad patrem adeo est manifestū, quod nulla tergiversatione potest negari, eo quod pater est principium generationis & esse, & insuper educationis & doctrinae: & ideo nō ponitur sub praecipuo decalogi, ut aliquod beneficiū, vel obsequiū alicui impendatur, nisi parentibus: parentes autem nō videntur esse debitores filijs propter aliqua beneficia suscepta, sed potius econuerso. Filius etiā est aliquid patris, & patres amant filios ut aliquid ipsorum, sicut dicit Philosophus in 8. Ethic. Unde eisdē rationibus nō ponuntur aliqua praecipua decalogi pertinentia ad amorem filiorum, sicut neque etiam aliqua ordinantia hominem ad seipsum.

Ad quintum dicendū, quod delectatio adulterij, & vitilitas duitiarum sunt propter seipsa appetibilia, in quantum habent rationem boni delectabilis, vel vitii: & propter hoc oportuit in eis prohiberi nō solum opus, sed etiam concupiscentiam. Sed homicidium & falsitas sunt secundum seipsa horribilia, quia proximus & veritas naturaliter amantur, & nō desiderantur nisi propter aliud: & ideo nō oportuit circa peccatum homicidij, & falsi testimonij, prohibere peccatum cordis, sed solum operis.

Ad sextum dicendū, quod sicut supra dictū est, omnes passiones irascibilis deriuantur a passionibus concupiscentibus: & ideo in praecipuis decalogi, quae sunt quasi prima elementa legis, nō erat mentio faciendā de passionibus irascibilis, sed solum de passionibus concupiscentibus.

A decalogi. Dilectio enim proximi videtur esse praecipua ad dilectionē Dei, quia proximus est nobis magis notus quā Deus, secundum illud. 1. Ioan. 3. Qui fratrem suum quem videt, nō diligit, Deum quem nō videt, quomodo potest diligere? sed tria prima praecipua pertinent ad dilectionem Dei, septē verò alia ad dilectionem proximi, ergo inconuenienter praecipua decalogi ordinantur.

¶ 2. Praet. Praecipua affirmatiua imperantur actus virtutum, per praecipua verò negatiua prohibentur actus vitiorum: sed secundum Boetium in cōmentato Praedicamentorum, prius sunt extirpanda vitia, quā interantur virtutes, ergo inter praecipua pertinentia ad proximum, primo ponenda fuerunt praecipua negatiua, quā affirmatiua.

¶ 3. Praet. Praecipua legis dātur de actibus hominum: sed prior est actus cordis, quā oris, vel exterioris operis, ergo inconuenienti ordine praecipua de nō concupiscendo, quae pertinent ad cor, vltimo ponuntur.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Rom. 13. Quae a Deo sunt, ordinatae sunt: sed praecipua decalogi sunt immediate data a Deo, ut dictum est, ergo conuenientem ordinem habent.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, praecipua decalogi dantur de his, quae statim in proptu mens hominis suscipit. Manifestum est autem, quod tantū aliquid magis a ratione suscipitur, quā contrarium est grauius, & magis repugnans rationi. Manifestum est autem, quod cum rationis ordo a fine incipiat, maximē est contra rationem, ut homo inordinate habeat se circa finem. Finis autē humanae vitae & societatis, est Deus: & ideo primo oportuit per praecipua decalogi hominem ordinare ad Deū, cum eius cōtrarium sit grauius: sicut etiam in exercitu, qui ordinatur ad ducem, sicut ad finem, primum est, quod miles subdatur duci, & huius cōtrarium est grauius: secundum verò, ut alijs coordinetur. Inter ipsa autē, per quae ordinatur in Deū, primum occurrit, quod homo fideliter ei subdatur, nullam participationē cum inimicis habens. Secundum autem est, quod ei reuerentiam exhibeat. Tertium autem est, quod etiam famulatum impendat: manifestum est in exercitu, si miles infideliter agens, cum hoste pactum habeat, quā si aliquam irreuerentiam faciat duci: & hoc est etiam grauius, quā si in aliquo obsequio ducis deficiens inueniatur. In praecipuis autem ordinantibus ad proximum, manifestum est, quod magis repugnat rationi, & grauius peccatum est, si homo nō seruet ordinem debitum ad personas, quibus est magis debitor: & ideo inter praecipua ordinantia ad proximum primo ponitur praecipuum pertinens ad parentes. Inter alia verò praecipua etiam apparet ordo secundum ordinem grauitatis peccatorum. Grauius est enim & magis rationi repugnans peccare opere, quā ore, & ore quā corde: & inter peccata operis grauius est homicidium, per quod tollitur vita hominis iam existentis, quā adulterium, per quod impeditur certitudo prolis nasciturae: & adulterium grauius quā furtum, quod pertinet ad bona exteriora.

Ad primum ergo dicendū, quod quāuis secundum viā sensus proximus sit magis notus quā Deus, tamen dilectio Dei est ratio dilectionis proximi, ut infra patebit: & ideo praecipua ordinantia ad Deum, fuerunt praordinanda.

Prima Secunda S. Thomae. EE 2 AD

cepta simul, & ponuntur, & praemia, & comminationes &c. ¶ Sextus articulus notandus, & nō exponendus occurrit.

arti. 7. huius quatuor.

ar. 3. & 5. ad 1. arguunt.

ARTICVLVS VI.

Utrum conuenienter ordinentur decem praecipua decalogi.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter ordinentur decem praecipua

¶ Super Quaestione 100. Articuli quatuor, & septimum.

¶ In art. 4. & 7. vide vigesimum caput. Exodi, ut perspicias, quid auctor allegat, an supponit: quomā ibi omnia pra-

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut Deus est vniuersale principium essendi omnibus, ita & pater est principium quoddam essendi filio: & ideo conuenienter post precepta pertinentia ad Deum, ponitur preceptum pertinens ad parentes. Ratio autem procedit, quando affirmatiua, & negatiua pertinent ad idem genus operis, quamuis etiam & in hoc non habeat omnimodam efficaciam. Etsi enim in executione operis prius extirpanda sint vitia, quam inferenda virtutes, secundum illud Psal. 33. Declina a malo, & fac bonum. & Esa. 1. Quiescite agere peruersae, discite bene facere: tamen in cognitione prior est virtus quam peccatum, quia per rectum cognoscitur obliquum, ut dicitur in primo de Anima. Per legem autem cognitio peccati habetur, ut Rom. 5. dicitur. & secundum hoc, preceptum affirmatiuum debuisset primo poni. Sed non est ista ratio ordinis, sed quae supra posita est: quia in preceptis pertinentibus ad Deum, quae sunt primae tabulae, vitio non ponitur preceptum affirmatiuum, quia eius transgressio minorem reatum inducit.

In corp. ar.

AD TERTIUM dicendum, quod etsi peccatum cordis sit prius in executione, tamen eius prohibitio posterius cadit in ratione.

ARTICVLVS VII.

Vtrum precepta decalogi conuenienter tradantur.

3. dist. 27. ar. 2. q. 1.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod precepta decalogi inconuenienter tradantur. Precepta enim affirmatiua ordinant ad actus virtutum, precepta autem negatiua abstrahunt ab actibus vitiorum: sed circa quamlibet materiam opponuntur sibi virtutes & vitia, ergo in qualibet materia, de qua ordinatur preceptum decalogi, debuit poni preceptum affirmatiuum & negatiuum, inconuenienter igitur ponuntur quaedam affirmatiua, & quaedam negatiua.

¶ 2 Præ. Hieronymus dicit, quod omnis lex ratione constat: sed omnia precepta decalogi pertinent ad legem diuinam, ergo in omnibus debuit ratio assignari, & non solum in primo, & tertio precepto.

¶ 3 Præ. Per obseruantiam preceptorum meretur aliquis premia a Deo: sed diuinae promissiones sunt de premijs preceptorum, ergo promissio debuit poni in omnibus preceptis, & non solum in primo, & quarto.

¶ 4 Præ. Lex veteris dicitur lex timoris, in quantum per comminationes poenarum inducebat ad obseruationes preceptorum: sed omnia precepta decalogi pertinent ad legem veterem, ergo in omnibus debuit poni comminatio poenae, & non solum in primo, & secundo.

¶ 5 Præ. Omnia precepta Dei sunt in memoria retinenda, dicitur enim Prover. 3. Describere ea in tabulis cordis tui, inconuenienter ergo in solo tertio precepto fit mentio de memoria, & ita videtur precepta decalogi inconuenienter tradita esse.

SED CONTRA est, quod dicitur Sap. 11. quod Deus omnia fecit in numero, pondere, & mensura, multo magis ergo in preceptis suae legis congruum modum tradendi seruauit.

RESPON. Dicendum, quod in preceptis diuinæ legis maxima sapientia cõtinetur, vnde dicitur Deuter. 4. Hæc est vestra sapientia, & intellectus coram populo. Sapientis autem est omnia debito modo, & ordine disponere: & ideo manifestum esse debet, quod precepta legis conuenienti modo sunt tradita.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod semper ad affirmationem sequitur negatio oppositi, non autem semper ad negationem vnius oppositi sequitur affirmatio alterius. Sequitur enim, si est album, non est nigrum: non tamen sequitur, si non est nigrum, est album: quia ad plurimum extendit negatio affirmatio. Et inde est etiam, quod non esse iniuria, quod pertinet ad precepta negatiua, res personam se extendit secundum primam rationis, quam esse debitum ut alteri obsequium beneficium impendatur. Inest autem primam rationis, quod homo debitor est beneficii obsequij exhibendi illis, a quibus beneficia accepit, si nondum recompensauit. Duo sunt autem beneficij sufficienter nullus recompensare potest, scilicet Deus, & pater, ut dicitur in 8. Ethic. sola duo precepta affirmatiua ponuntur, videlicet honoratio parentum, aliud de celebratione bathi in commemorationem diuini beneficij.

AD SECUNDUM dicendum, quod illa precepta sunt pure moralia, habent manifestam rationem, de non oportuit, quod in eis aliqua ratio adderetur, sed quibusdam preceptis additur excommunicationis terminatiuum precepti moralis communis, scilicet primo precepto, Non facies sculptile. Scilicet precepto determinatur dies sabbathi: & ideo ubique oportuit rationem assignari.

AD TERTIUM dicendum, quod homines in actu suo aliquam utilitatem ordinant, in illis preceptis necesse fuit promissionem apponere, ex quibus uidebatur nulla utilitas, uel aliqua utilitas impediri. Quia uero precepta sunt iam in recedendo, ab eis non expectantur: & ideo precepto de honore parentum additur promissio. Similiter etiam in precepto de ratione idolatriæ: quia per hoc uidebatur impediens utilitas, quam homines credunt se posse sequi per pactum cum demonibus initum.

AD QUARTUM dicendum, quod poenae necessariae sunt contra illos, qui sunt promissio, ut dicitur in 10. Ethic. & ideo solis preceptis additur comminatio poenarum, in quibus comminatio ad malum: erant autem homines promissio latrarium propter generalem consuetudinem. Et similiter sunt etiam homines promissio propter frequentiam iuramenti: & ideo preceptis additur comminatio.

AD QUINTUM dicendum, quod preceptum de sabbato ponitur ut commemoratiuum beneficii teriti: & ideo specialiter in eo fit mentio de memoria. Vel quia preceptum de sabbato habet ad nationem adiunctam, quae non est in lege naturalis, ideo hoc preceptum speciali admonitione innuitur.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum precepta decalogi sint dispensabilia.

AD OCTAuum sic proceditur. Videtur, quod precepta decalogi sint dispensabilia. Precepta enim decalogi sunt de iure naturali: sed ius naturale in aliquibus deficit, & mirabile est, sicut & natura humana, ut Philosophus dicit in 5. Ethic. defectus autem legis in aliquibus particularibus calibus est ratio dispensandi, ut supra dictum est. ergo in preceptis decalogi potest fieri dispensatio.